

melbnea r

Evangelium secundum Matth.

filii abracham; abracham autem
genuit isaac; isaac autem genuit ia
cob; iacob autem genuit iudam et
fratres eius; iudas autem genuit
phares et zaram de thamar; f a genuit
res autem esrom; esrom autem
genuit aram; aras autem genuit
aminadab; aminadab autem ge
nuit naason; naasson autem genuit
salmon; salmon autem genuit
boz de rachab; boz autem genuit
obeth ex ruth; obeth autem genu
it iesse; iesse autem genuit dauid
regem; dauid autem genuit sa
lamonem ex ea quae fuit uriae
Salamonem autem genuit robu ās;

Robuas autem genuit abiud .,
abiud autem genuit assaph ;
assaph autem genuit iosafad ;
iosafat autem genuit ioram ;
ioras autem genuit oziam
Oziam autem genuit iotham ;
iotham autem genuit achaz .
Achaz autem genuit ezechiam ;
Ezechias autem genuit mannes sen
Mannasses autem genuit amos
Amos autem genuit iosiam .
Iosias autem genuit iechoniam
[illegible] Et fra
tres eius . in transmigrationem
babilonis ; Et post transmigrati
onem babiloniae . iechonias

autem genuit salathiel;
Salathiel autem genuit zoro
babel; zorobabel autem genu
it abiud; Abiud autem genuit
eliachim; Eliachim autem ge
nuit azor; Azor autem genuit
sadoc; Sadoc autem genuit
achim; Achim autem genuit
eliud. Eliud autem genuit
eliazar; Eleazar autem ge
nuit matthan; Matthan autē
genuit iacob; Iacob autem
genuit ioseph uirum mariae;
de qua natus est ihs qui
uocatur xps; Omnes ergo
generationes ab abracham

[illegible] swelad an [illegible] go[illegible] inne aappite; sinu hæfþ geled fulle lad [illegible]
[illegible] geleaf gasti[illegible] hine tihte ⁊ þ þær lad ac [illegible] pel da[illegible]



Disponsata mater eius maria ioseph
ante quam conuenirent inuenta est
inutero habens de spu sco. Joseph
autem uir eius cum esset homo ius
tus et nolet eam traducere uoluit oc
culte dimittere eam; haec autem eo co
gitante ecce angelus dni insomnis ap
paruit ei dicens. Joseph fili dauid noli
timere accipere mariam coiugem tuam
quod enim ex ea nascaretur de spu sco
pariet autem filium et uocabis nomen
eius ihm; ipse enim saluum faciet po
pulum suum a peccatis eorum; hoc h
totum factum est. ut adinpleretur
quod dictum est a dno. per esaiam pro
fetam dicentem; ecce inutero habe
bit et pariet filium. et uocabunt
nomen eius emanuel quod est inter
pretatum nobiscum ds; exsurgens
autem ioseph a somno fecit sicut prae

+sircere+

ciperat ei angelus dni et accepit coniu
gem suam, et non cognoscebat eam do
nec peperit filium suum primogenitum
et uocauit nomen eius ihm / iudae in
II Cum ergo natus esset ihs in bethlem,
dibus herodis regis ecce magi ab ori
ente uenerunt hierusolimam dicentes;
ubi est qui natus est rex iudeorum; ui
dimus enim stellam eius in oriente et
uenimus adorare eum; audiens autem
herodes rex turbatus est et omnes hi
erusolima cum eo; et congregatis om
nes principes sacerdotum et scribas
populi sciscitabatur ab eis ubi xps
nasceretur; at illi dixerunt in bethlem
iudae; sic enim scribtum per profetam;
et tu bethlem terra iuda nequaquam
minima es in principibus iuda; ex te
enim exiet dux qui reget populum meum
israhel; tunc herodis clam uocatis

magis diligenter didicit abeis tempus
stellae quae apparuit eis; Et mittens
illos inbethlem. dixit ite interrogate
diligenter depuero; Et cum inueneritis eū
renuntiate mihi ut ego ueniens adorem
eum; qui cum audissent regem abierunt;
Et ecce stella quam uiderant inorien
te ante cedebat eos usquedum ueniens
staret supra ubi erat puer; Uidentes
autem stellam gauisi sunt gaudio mag
no ualde; Et intrantes domum inue
nerunt puerum cum maria matre
eius; Et procedentes adorauerunt eum;
Et apertis thesauris suis obtulerunt
ei munera; aurum tus Et mirram; Et re
sponso accepto insomnis ne redirent
ad herodem. sed per aliam uiam reges
si sunt inregionem suam; qui cum re
cessissent ecce angelus dni apparuit
insomnis ioseph dicens; surge Et acci

pe puerum & matrem eius & fuge in
aegeptum & esto ibi usquedum dicam
tibi; futurum est enim ut herodis quae
rat puerum istum ad perdendum; qui
consurgens accepit puerum & matrem
nocte & secessit in aegiptum & erat ibi
usque ad obitum herodis; ut adinplere
tur quod dictum est per profetam dicen
tem; Ex aegipto uocaui filium meum; tunc
herodes uidens quoniam delussus
esset a magis iratus est ualde; & mit
tens occidit omnes pueros qui erant
in bethlem & in omnibus finibus eius
a bimatu & infra secundum tempus
quod exquisierat a magis; tunc adinple
tum est quod dictum est per hieremiam
profetam dicentem; uox in rama audi
ta est ploratus & ululatus multus rac
cheal plorans filios suos; & noluit con
sulari quia non sunt; defuncto autem

herode. ecce apparuit angelus dni in
somnis ioseph inaegipto dicens; surge
et accipe puerum et matrem eius et ua
de interram israhel. Defunctisunt
enim. qui querebant animam pueri. qui
consurgens accipit puerum et matrem
eius et uenit interram israhel; audiens
autem quod archelaus regnaret in iudea
pro herode patre suo timuit illuc ire;
et admonitus insomnis secessit inpar
tes galilaeae; et ueniens habitauit inciui
tate quae uocatur nazareth. ut adim
pleretur quod dictum est per profetas.
quoniam nazareus uocabitur / bap tis
III In diebus autem illis uenit iohannes
ta praedicans in deserto iudeae di
cens; penitentiam agite. adpropinqua
uit enim regnum caelorum; hic est
enim quidictus est peressaiam pro
fetam dicentem; Uox clamantis inde

serto· parate uiam dni rectas faci
te semitas eius; Ipse autem iohannes ha
beba t uestimentum depilis camello
rum· & zonam pellicam circalumbos
suos; esca autem eius erat locustae &
mel siluestre; Tunc exiebat adeum hie
rusolima· & omnis iudea & omnis re
gio iordanen· & baptizabantur inior
dane abeo· confitentes peccata sua;
Uidens autem multos fariseorum &
saducceorum uenientes adbaptismum
suum· dixit eis; progenies uiperarum
quis demonstrauit uobis fugere afutu
ra ira; facite ergo fructum dignum peni
tentiae· & ne uelitis dicere intra uos
patrem abemus abracham; dico enim
uobis quia potest ds exlapidibus istis
suscitare filios abrachae; iam enim se
curis adradices arborum possita est;
omnis arbor quae nonfacit fructum

bonum. excidetur & in ignem mittetur;
ego quidem baptizo in aqua in peniten
tia qui autem post me uenturus est for
tior me est cuius non sum dignus calci
amenta portare ipse uos baptizabit
in spu sco & igni; cuius uentilabrum in
in manu sua & mundabit aream suam;
& congregabit triticum suum in horreum·
paleas autem conburet igni inextingui
bili:: Tunc uenit ihs a galilea in iorda
nen ad iohannem ut baptizaretur ab eo;
iohannes autem prohibebat eum dicens;
ego a te debeo baptizari· & tu uenis
ad me? respondens ihs· dixit ei; sine
modo· sic enim decet nos implere om
nem iustitiam; baptizatus autem ihs
confestim ascendit de aqua & ecce aper
ti sunt ei caeli & uidit spm di discenden
tem de caelo sicut columbam uenientem
super se; & ecce uox de caelis dicens; hic est

filius meus dilectus inquo mihi conplac
ui; Tunc ihs ductus est indesertum ab in
spu ut temptaretur adiabulo; Et cum ieiu
nasset xl diebus et xl noctibus postea
esurit; Et accedens adeum temptator
dixit ei; si filius di es dic ut lapides isti
panes fiant; qui respondens dixit scri
ptum est enim; non in pane solo uiuet
homo sed in omni uerbo quod proce
dit de ore di; Tunc adsumpsit eum dia
bulus in sanctam ciuitatem; Et statuit eum
supra pinnaculum templi et dixit ei; si
filius di es mitte te deorsum scriptum
est enim quia angelis suis mandauit
de te ut in manibus tollent te ne forte
offendas ad lapidem pedem tuum; ait
illi ihs rursum; scriptum est enim non
temptabis dnm dm tuum; iterum adsu
psit eum diabulus in montem excelsum
ualde et ostendit ei omnia regna mundi

Et gloriam eorum et dixit illi; haec tibi
omnia dabo si cadens adoraueris me;
Tunc dicit ei ihs; uade retro satanas
scriptum est enim; dnm dm tuum ad
orabis et illi soli serues; Tunc reliquit
eum diabulus. et ecce angeli accesse
runt et ministrabant ei. Cum autem
audisset ihs quod iohannis traditus
esset secessit in galileam; et relicta ciui
tate nazareth uenit et habitauit in ca
farnaum maritimam in finibus zabu
lon et nepthalim; ut adimpleretur quod
dictum est per esaiam profetam dicen
tem; terra zabulon et terra nepthalim
uia maris trans iordanen galileae gen
tium populus qui sedebat in tenebris lu
cem uidit magnam; et sedentibus in regio
ne et umbra mortis lux orta est eis;
exinde coepit ihs praedicare et dicere;
penitentiam agite adpropinquauit enim

regnum caelorum; ambulans autem
iuxta mare galilaeae uidit duos fratres;
simonem qui uocatur petrus· et andreā
fratrem eius mittentes retia in mare
erant enim piscatores; et ait illis ihs;
uenite post me· et faciam uos fieri pis
catores hominum; at illi continuo relic
tis retibus· secuti sunt eum; et procedens
inde uidit alios duos fratres; iacobum
zebedei et iohannem fratrem eius in naui
cum zebedeo patre eorum· reficientes re
tia sua; et uocauit eos; illi autem statim
relictis retibus suis et patre secuti sunt
eum: Et circuibat ihs totam galileam·
docens in sinagogis eorum et praedicans
euangelium regni; et sanans omnem lan
gorem· et omnem infirmitatem in populo;
et abiit opinio [eius] in totam siriam· et obtu
lerunt ei omnes male habentes uariis
languoribus et tormentis conpraehensos;

nomine dni

et qui demonia habebant et lunaticos
et paraliticos et curauit eos et secutae
sunt eum turbae multae de galilea
V et decapoli et de hierusolimis et iudea
trans iordanen. Uidens autem ihs
turbas ascendit in montem et cum sedi
sset accesserunt ad eum discipuli eius
et aperuit os suum et docebat eos dicens
Beati pauperes spu qm ipsorum est reg
num caelorum. bunt terram
Beati mites quoniam ipsi possede
Beati qui lugent nunc qm ipsi consula
buntur. Beati qui esuriunt et sitiunt
iustitiam quoniam ipsi consulabuntur.
Beati misericordes quoniam ipsi mi
sericordiam consequentur. uidebunt
Beati mundo corde quoniam ipsi dm
Beati pacifici quoniam filii di uocabun
tur. Beati qui persecutionem patiun
tur propter iustitiam quoniam ipso

rum est regnum caelorum· Beati estis
cum maledixerint uobis homines & per
secuti uos fuerint & dixerint omne ma
lum aduersum uos mentientes prop
ter me; gaudete & exsultate quoniam
merces uestra copiosa est in caelis; sic
enim persecuti sunt & profetas qui fu
erunt ante uos· Uos estis sal terrae·
quod si sal euanuerit in quo salietur ad
nihilum ualebit nisi ut mittatur foras
& conculcetur ab hominibus; Uos estis
lux mundi; non potest ciuitas abscondi
supra montem posita neque accendunt
lucernam & ponunt eam sub modio sed
supra candelabrum ut luceat omnib;
qui in domo sunt; sic luceat lux uestra co
ram hominibus ut uideant opera ues
tra bona & glorificent patrem ues
trem qui in caelis est; Nolite putare
quoniam ueni soluere legem & profe

[illegible]

18 tas. non ueni soluere sed adinplere;
Amen quippe dico uobis donec transe
at caelum et terra ia unum aut unus
apex non praeteribit a lege usque quo
omnia fiant; qui enim soluerit unum
de mandatis istis minimis et docuerit
sic homines minimus uocabitur in reg
no caelorum; qui autem fecerit et docue
rit hic magnus uocabitur in regno cae
lorum. Dico enim uobis quia nisi abun
dauerit iustitia uestra plus quam scri
barum et fariseorum non intrabitis in
regnum caelorum; audistis quia dictum
est antiquis non occides; qui autem occi
derit reus erit iudicio; ego autem dico uo
bis quia omnis qui irascitur fratri suo
reus erit iudicio; qui autem dixerit fra
tri suo racha reus erit concilio; qui autē
dixerit fatue reus erit gehennae ignis; si
ergo offerres munus tuum ad altare.

nus tua scandalizat te· abscide eam
et proice abs te; expedit enim tibi ut pe
reat unum membrorum tuorum quam
totum corpus tuum eat in gehennam;
dictum est autem· quicumque dimise
rit uxorem suam· det illi bellum repu
dii; ego autem dico uobis· quia omnis qui
dimiserit uxorem suam· excepta forni
cationis causa· facit eam mechari; et
qui demissam duxerit adulterat; iterum
audistis quia dictum est antiquis· non
periurabis· reddes autem dn̄o iura
menta tua; ego autem dico uobis non
iurare omnino· neque per caelum quia
thronum d̄i est neque per terram quia
scabellum est pedum eius· neque per
hierusolimam· quia ciuitas est magni
regis; neque per caput tuum iuraueris·
quia non potes unum capillum tuum
album facere aut nigrum; sit autem

sermo uester est est non non; quod h
his abundantius a malo est; audistis
quia dictum est oculum pro oculo den
tem pro dente; Ego autem dico uobis non
resistere malo; sed si quis te percusserit
in dexteram maxillam tuam, praebe
illi et alteram; et ei qui uult te cum iu
dicio contendere et tunicam tuam tolle
re remitte ei et pallium; et quicumque
te angarizauerit mille passus uade
cum illo alia et duo; qui petit a te da
ei et uolenti mutuari a te ne auertaris;
audistis quia dictum est; diliges proxi
mum tuum et odies inimicum tuum; ego
autem dico uobis; diligite inimicos ues
tros et benefacite his qui oderunt uos;
et orate pro persequentibus et calum
niantibus uobis ut sitis filii patris
uestri qui in caelis est qui solem suum
oriri facit super bonos et malos et pluit

super iustos & iniustos; si enim diliga
tis eos qui uos diligunt quam mercedē
habebitis nonne & publicani hoc faci
unt & salutaueritis fratres uestros
tantum quid amplius facitis nonne
& ethnici hoc faciunt estote ergo uos
perfecti sicut pater uester caelestis
VI perfectus est; adtendite ne iustitiam
uestram faciatis coram hominibus ut
uideamini ab eis; alioquin mercedem
non habebitis apud patrem uestrum
qui in caelis est. Cum ergo facies ae
limosinam noli tubba canere ante te
sicut hipochritae faciunt in sinagogis
& in uicis ut honorificentur ab homi
nibus; amen dico uobis perceperunt
mercedem suam; Te autem faciente
elimoisinam nesciat sinistra tua quid
faciat dextera tua ut sit elimoisina
& pater tuus qui uidet in absconso
tua in absconso; reddet tibi; & cum ora

tis · honoretis . sicut hypochritae quia
mant in sinagogis et in angulis platea
rum stantes orare ut uideantur ab ho
minibus ; amen dico uobis receperunt mer
cedem suam ; tu autem cum orabis intra
in cubiculum tuum et claso ostio tuo · ora
patrem tuum in abscondso ; et pater tuus
qui uidet in abscondso · reddet tibi ; / ed iiii
Orantes autem multum loqui sicut
a ; putant enim · qui in multa loquio suo
exaudiantur ; nolite ergo adsimilare
eis · scit enim pater uester quid opus
sit uobis ante quam petatis eum ;
sic ergo uos orabitis · / tur homenaū
Pater noster qui es in caelis sanctifice
et ueniet regnum tuum · fiat uoluntas
tua sicut in caelo et in terra · panem nos
trum cotidianum da nobis odie et dimitte
nobis debita nostra sicut et nos demit
timus debitoribus nostris et ne nos in

ducas in temptationem sed libera
nos a malo: Si enim demisseritis homini
bus peccata eorum· demittet uobis pater
uester caelestis delicta uestra; Si autem
non demisseritis hominibus· nec pater ues
ter caelestis demittet uobis peccata uestra:
Cum autem ieiunatis· nolite fieri sicut hip
pochritae tristes; exterminant enim faci
es suas· ut pareant hominibus ieiunan
tes; amen dico uobis· quia receperunt mer
cedem suam; tu autem cum ieiunas· unge
caput tuum et faciem tuam laua· ne uide
aris hominibus ieiunans sed patri tuo
qui est in abscondso reddet tibi; Nolite thes
aurizare ~~autem~~ uobis thesauros in terra:
ubi erugo et tinea demolitur· et ubi fures
effodiunt et furantur· thesaurizate h
uobis thesauros in caelo· ubi neque
erugo neque tinea demolitur· et ubi fu
res non effodiunt nec furantur; ubi enim

est thesaurus tuus · ibi erit et cor tuum;
lucerna corporis tui est oculus tuus;
si fuerit oculus tuus simplex totum
Si autem nequam fuerit
corpus tuum lucidum erit; totum cor
pus tuum tenebrosum erit; si ergo lumen
quod in te est tenebrae sunt ipse tene
brae quantae erunt. Nemo potest duo
bus dominis seruire; aut enim unum
odio habebit et alterum diliget aut unum
sustenebit et alterum contemnet; non po
testis deo seruire et mammonae; ideo dico
uobis · ne soliciti sitis animae uestrae
quid manducetis neque corpori uestro
quid induamini; nonne anima plus est
quam esca et corpus quam uestimentum
respicite uolatilia caeli · quoniam non
serunt neque congregant in horrea et pa
ter uester caelestis pascit illa; nonne uos
magis pluris estis illis quis autem ues
trum cogitans potest adicere ad statu

ram suam cubitum unum? Et de uestimen
to quid soliciti estis? Considerate lilia
agri quomodo crescunt non laborant
neque nent dico enim uobis quia nec so
lomon in omni gloria sua coopertus
est sicut unum ex istis; si autem fenum
agri quod hodie est et cras in clibanum
mittitur ds sic uestit quanto magis
uos modicae fidei? nolite ergo soliciti es
se dicentes quid manducabimus aut
quid bibemus aut quid uestiemur; haec
enim omnia gentes inquirunt; scit enim
pater uester quia his omnibus indige
tis; quaerite autem primum regnum di
et iustitiam eius et omnia haec adicient
uobis; nolite ergo esse soliciti in cras
tinum; crastinus enim dies sollicitus
erit sibi ipse sufficiat diei malitia sua;
III. nolite iudicare ut non iudicemini; in quo
enim iudicio iudicaueritis iudicabimini et

in qua mensura mensi fueritis remi
tietur uobis; Quid autem uides fes
tucam in oculo fratres tui et trabem in
oculo tuo non uides aut quomodo dicis
fratri tuo sine eiciam festucam de ocu
lo tuo et ecce trabis est in oculo tuo
hippochrita eice primum trabem de
oculo tuo et tunc uidebis eicere festu
cam de oculo fratris tui: Nolite dare
scm canibus neque mittatis margari
tas uestras ante porcos ne forte con
culcent eas pedibus suis et conuersi
disrumpant uos: Petite et dabitur
uobis; quaerite et inuenietis; pulsate
et aperietur uobis; omnis enim qui pe
tit accipit et qui quaerit inuenit et pul
santi aperietur; aut quis est ex uobis
homo quem si petierit filius suus panē
num quid lapidem dabit illi aut si pis
cem petit num quid serpentem dabit

ei· si ergo uos cum sitis mali· nostis
bona dare filiis uestris· quanto ma
gis pater uester qui in caelis est dabit
bona petentibus se; omnia ergo quae
cumque uultis ut faciant uobis homi
nes bona; ita et uos facite eis; haec est
enim lex et profetae; Intrate per angus
tam portam; quam lata porta et spa
tiosa uia quae ducit ad perditionem·
et multa sunt qui intrant per eam; quam
angusta porta et arta est uia quae
ducit ad uitam· et pauci sunt qui inueniu
nt eam; adtendite uobis a falsis profe
tis qui ueniunt ad uos in uestimentis
ouium· intrinsecus autem sunt lupi
rapaces; a fructibus eorum· cognosce
tis eos; num quid colligunt de spinis
uuas· aut de tribulis ficus? sic omnis
arbor bona· fructus bonos facit non
potest arbor mala bonos fructus fa

cere neque arbor bona fructus ma
los facere; omnis arbor quae non fa
cit fructūs bonum excidetur et in ignem
mittetur; igitur ex fructibus eorum cog
noscetis eos. Non omnes qui dicit mihi
dne dne intrabit in regnum caelorum;
sed qui facit uoluntatem patris mei
qui in caelis est ipse intra(b)it in reg
num caelorum; multi mihi dicent in
illa die dne dne nonne in tuo nomine
prophetauimus et in nomine tuo demo
nia eiecimus et in tuo nomine uirtutes
multas fecimus. et tunc confitebor
illis quia numquam noui uos. disce
dite a me qui operamini iniquitatem;
omnis ergo qui audit uerba mea haec
et facit ea adsimilabitur uiro sapienti
qui aedificauit domum suam super
petram. descendit pluuia et uenerunt flu
mina et flauerunt uenti et uenerunt in

domum illam. et non cecidit fundata
enim erat super petram; et omnis qui
audit uerba mea haec et non facit ea.
similis erit uiro stulto qui aedificauit
domum suam super arenam; discendit
pluuia. et uenerunt flumina flauerunt
uenti. et inruerunt in domum illam et ceci
dit et fuit ruina eius magna. ihs uer
IIII et factum est cum consummasset
ba haec admirabantur turbae sup
doctrinam eius; erat enim docens eos si
cut potestatem habens. et non sicut scri
bae eorum et farisei; cum autem discen
disset de monte. secutae sunt eum turbae
multae; et ecce leprosus quidam ueniens.
adorabat eum dicens; dne si uis. potes
me mundare; et extendens manum teti
git eum ihs dicens; uolo mundare; et con
festim mundata est lepra eius; et ait il
li ihs; uide nemini dixeris. sed uade os

tende te sacerdoti; & offer munus quod
praecepit mosses in testimonium illis;
·post haec autem cum introisset cafar
naum· accessit ad eum quidam cento
rio rogans eum & dicens; dne puer meus
iacet in domo mea paraliticus· & ma
le torcetur; & ait illi ihs; ego ueniam· &
curabo eum; & respondens centorio
ait illi; dne non sum dignus ut intres
sub tectum meum· sed tantum dic uerbo
& sanabitur puer meus; nam & ego homo
sub potestate constitus sum· habens
sub me milites· & dico huic uade· & uadit;
& alio ueni· & uenit; & seruo meo dico fac
hoc & facit; audiens ihs miratus est & se
quentibus se dixit; amen dico uobis· quia
apud nullum inueni tantam fidem in is
rahel; dico autem uobis· quod multi ab o
riente & occidente uenient· & recumbent
cum abracham & isac & iacob in regno

caelorum; filii autem regni huius eici
entur in tenebras exteriores ibi erit fle
tus & stridor dentium; & dixit ihs centu
rioni; uade sicut credidisti fiat tibi; & sa
natus est puer ex illa hora ∴ / dic socru
Et cum uenisset ihs in domum petri ui
eius iacentem & febricitantem; & tetigit
manum eius & demisit eam febris; & sur
rexit & ministrabat eis; uespere autem
facto obtulerunt ei multos demonia
habentes curauit ut adinpleretur ∴
Quod dictum est per esaiam profetam
dicentem; quia ipse infirmitates nostras
accipit & egrotationes portabit / ac se.
Uidens autem ihs turbas multas cir
iusit ire trans fretum; & accedens ad
eum unus scriba ait illi; magister se
quar te quocumque ieris; & dixit ei
ihs; uulpes foueas habent & uolucres
caeli tabernacula filius autem homi

nis non habet ubi caput reclinet; alius
autem de discipulis suis ait illi; dne per
mitte mihi primum ire et sepelire patrem
meum; ihs autem ait illi; sequere me et
demitte mortuos sepelire mortuos
suos; Et ascendente eo in nauicula secu
ti sunt eum discipuli eius; Et ecce motus
magnus factus est in mari· ita ut in naui
cula operiretur fluctibus; erat enim
illis uentus contrarius· ipse uero dor
miebat et accesserunt et suscitaueru
nt eum dicentes:· Dne salua nos peri
mus; Et dicit eis; quid timidi estis modicae
fidei tunc surgens imperauit uentis et
mari· et facta est tranquillitas magna;
porro homines mirati sunt dicentes;
qualis est hic quia uenti et mare o
boediunt ei:· Et cum uenisset trans
fretum in regionem gerasinorum occur
rerunt ei duo homines habentes demo

nia de monumentis exeuntes saeui nimis
ita ut nemo possit transire per uiam
illam; Et ecce exclamauerunt dicentes;
quid nobis et tibi ihu fili di uenisti huc
ante tempus torquere nos; Erat autem
non longe ab eis grex porcorum multo
rum pascentium; demones autem roga
bant eum dicentes; si eicis nos mitte
nos in gregem porcorum; Et ait illis; ite;
at illi exeuntes abierunt in porcos; Et
ecce impetu abiit totus grex per praeceps
in mare; Et mortui sunt in aquis; pasto
res autem fugerunt; Et uenientes in ciuita
tem nuntiauerunt omnia; Et de his qui de
monia habuerunt; Et ecce tota ciuitas
exiit obuiam ihu. Et uiso eo rogauerunt ut
transiret a finibus eorum; / tauit Et ue
X Et ascendens in nauiculam trans fre
nit in ciuitatem suam; Et ecce offerebant
ei paralyticum iacentem in lecto; Et uidens

ihs fidem illorum dixit paralitico con
fide fili remittuntur tibi peccata tua
Et ecce quidam de scribis dixerunt intra
se hic blasfemat Et cum uidisset ihs
cogitationes eorum dixit quid cogitatis ma
la in cordibus uestris quid enim est fa
cilius dicere demittuntur tibi peccata an
dicere surge et ambula ut sciatis autem
quia filius hominis habet potestatem
in terra demittendi peccata tunc ait pa
ralitico surge et tolle lectum tuum et ua
de in domum tuam Et surrexit et abiit
in domum suam uidentes autem turbae
timuerunt et glorificauerunt dm qui de
dit potestatem talem hominibus Et cum
transiret inde ihs uidit hominem seden
tem in teloneo matheum nomine et ait illi
sequere me Et surgens secus est eum ecce
Et factum est discumbente eo in domo
multi publicani et peccatores uenientes

discumbebant cum ihu et discipuli eius
et uidentes farisei dicebant discipulis eius;
quare cum publicanis et peccatoribus
manducat magister uester; at ihs audi
ens ait; non est opus ualentibus medi
cus sed male habentibus; euntes autem
discite quid sit misericordiam uolo et
non sacrificium; non enim ueni uocare
iustos sed peccatores: Tunc accesserunt
ad eum discipuli iohannis dicentes; qua
re nos et farisei ieiunamus frequenter
discipuli autem tui non ieiunant; et ait illis
ihs; numquid possunt filii sponsi lugere
quam diu cum illis est sponsus; uenient
autem dies cum auferetur ab eis spon
sus et tunc ieiunabunt in illis diebus;
Nemo autem committat commissuram
panni rudis in uestimentum uetus; tol
lit enim plenitudinem eius a uestimento
et peior scissura fit; neque mittunt uinum

nouum in utres ueteres· alioquin rum
pentur utres· et uinum effunditur et u
tres peribunt sed uinum nouum in utr
es nouos mittunt et ambo conseruantur·
Haec eo loquente ad eos· ecce prin
ceps unus accedens adorabat eum di
cens; filia mea modo defuncta est sed ue
ni impone manum tuam super eam et
uiuet; et surgens sequebatur eum et disci
puli eius; et ecce mulier quae fluxum san
guinis patiebatur xii· annis accessit retro·
et tetigit fimbriam uestimenti eius; dicebat
enim intra se; si tetigero tantum uestimen
tum eius salua ero; at ihs conuersus· et
uidens eam dixit; confide filia fides tua te
saluam fecit; et salua facta est mulier ex
illa hora· Et cum uenisset ihs in domum
principis· et uidens tibicines· et turbam
tumultuantem dicebat; recedite non est
puella mortua· sed dormit; et diridebant

eum; Et cum ^e^iecta esset turba intrauit
et tenuit manum eius; Et surrexit puella.
Et exiit fama haec in uniuersam terram
illam. Et transeunte inde ihs secuti sunt
eum duo caeci clamantes et dicentes; mi
serere nostri fili dauid; cum autem uenis
set domum accesserunt ad eum duo cae
ci et dicit eis ihs; creditis quia possum hoc
facere uobis; dicunt ei; utique dne; tunc te
tigit oculos eorum dicens; secundum fi
dem uestram fiat uobis; Et aperti sunt
oculi eorum; Et comminatus est illis ihs
dicens; uidete ne quis sciat; illi autem ex
euntes defamauerunt eum in totam terrā
illam; Egressis autem illis. ecce obtulerunt
ei hominem mutum et surdum demoniū
hebentem et eiecto demonio locutus est
mutus et miratae sunt turbae dicentes
numquam apparuit sic in israhel. fa
risei h̄ dicebant in belzebub principe

demoniorum eicit demonia: Et circum
ibat ihs ciuitates omnes castella docens
in sinagogis eorum et praedicans euange
lium regni et curans omnem langorem
et omnem infirmitatem: Uidens autem
misertus est quia erant uexati et
iacentes sicut oues non habentes pas
torem tunc dicit discipulis suis mes
ses quidem multa operarii autem pau
ci rogate autem dnm messis ut mittat
operarios in messem suam: Et conuo X
catis xii discipulis suis dedit illis potes
tatem spirituum inmundorum ut eice
rent eos et curarent omnem langorem
et omnem infirmitatem: Duodecim au
tem apostolorum nomina sunt pri
mus simon qui dicitur petrus et an
dreas frater eius iacobus zebedei et
iohannes frater eius philipus et bar
tholomeus thomas et mattheus publi

canus iacobus alphei et thadeus simon
chananeus et iudas scariothes qui tra
didit eum :· Hos duodecim misit ihs prae
cipiens eis et dicens ciuitates samarita
norum ne intraueritis sed potius ite ad
oues quae perierunt domus israhel
euntes autem praedicate quia adpro
pinquauit regnum caelorum infirmos
curate mortuos suscitate leprosos
mundate demones iecite gratis accipis
tis gratis date nolite possidere aurum
neque argentum neque pecuniam in zo
nis uestris non peram in uia neque duas
tonicas neque calciamenta neque uir
gam dignus est operarius cibo suo in
qua cum que ciuitate aut castellum in
traueritis interrogate quis in ea dignus
sit et ibi manete donec exeatis · intran
tes autem in domum salutate eam di
centes pax huic domui et siquidem

fuerit digna ueniet pax uestra super
eam si autem non fuerit digna pax ues
tra ad uos reuertetur Et qui cum que
non receperit uos neque audierit ser
mones uestros exeuntes foras de do
mo uel de ciuitate uel de castello illo
excutite puluerem de pedibus uestris
amen dico uobis tollerabilius erit ter
zodomorum Et gumorre eorum in die
iudicii quam illi ciuitati uel domui Ecce
Ego mitto uos in medio luporum estote
ergo prudentes sicut serpentes Et sim
plices sicut columbae cauete autem
ab hominibus tradent enim uos in con
cilis Et in sinagogis suis flagillabunt
uos Et ad praesides Et ad regis duce
mini propter me in testimonium illis
Et gentibus Cum autem tradent uos
nolite cogitare quomodo aut quid lo
quemini dabitur enim uobis in illa hora

quid loquamini non enim uos estis qui
loquamini sed sps patris uestri qui lo
quitur in uobis tradet autem frater
fratrem in mortem & pater filium & in
surgent filii in parentes & morte eos
adficient & eritis odio omnibus gentibus
propter nomen meum qui autem perse
uerauerit usque in finem hic saluus
erit· Cum autem persequentur uos in ci
uitate ista fugite in aliam· amen dico uo
bis non consummabitis ciuitates isra
hel donec ueniet filius hominis non est
discipulus super magistrum nec seruus
super dnm suum sufficit discipulo ut
sit sicut magister eius & seruus sicut
dominus eius si patrem familias beelze
bub uocauerunt quando magis domis
ticos eius ne ergo timueritis eos nihil est
enim opertum quod non reuelabitur et
occultum quod non scietur quod dico

uobis in tenebris dicite in lumine et quod
in aure audistis praedicate super tec
ta et nolite timere eos qui occidunt cor
pus animam autem non possunt occi
dere sed potius eum timete qui potest
corpus et animam perdere in gehenna:·
nonne duo passeres asse ueniunt et
unus ex illis non cadet super terram si
ne uoluntate di patris uestri qui in cae
lis est uestri autem capilli capitis omn
es numerata sunt:· Nolite ergo timere eos
multo magis passeribus meliores estis
uos:· Omnis ergo qui confitebitur me
coram hominibus confitebor et ego eum
coram patre meo qui in caelis est / nega
Qui autem negauerit me coram hominib:
bo et ego eum coram patre meo qui in cae
lis est:· Nolite arbitrari quia ueni
pacem in terram mittere est non ueni pa
cem mittere sed gladium:· Ueni enim sepe

perare hominem aduersus patrem
et filiam aduersus matrem suam et nu
rum aduersus socrum suam et inimici
non plus quam me hominis domistici
eius :· Qui amat patrem est me dignus
et qui amat filium aut filiam plusquam
me non est me dignus et qui non accipit
crucem suam et sequatur me non est
me dignus qui inuenit animam suam
perdet illam et qui perdiderit animam
suam propter me inueniet illam qui re
cipit uos me recipit qui recipit me recipit eum
qui me missit :· Qui recipit profetam in no
mine profetae mercedem profetae accipi
et et qui recipit iustum in nomine iusti mer
cedem iusti accipiet :· Et qui cum que po
tum dederit uni ex minimis istis calicem
aquae frigide tantum in nomine disci
puli amen dico uobis non perdet mer
XI cedem suam :· Et factum est cum con

consummasset ihs uerba haec prae
cipiens xii discipulis suis transiit inde
ut doceret et praedicaret in ciuitatibus
eorum. Iohannis autem cum audisset
in uinculis opera xpi mittens de discipu
lis suis euntes dicite tu es qui uenturus
es an alium exspectamus Et respondens
ihs ait illis euntes renuntiate iohanni
quae audistis et uidistis caeci uident
claudi ambulant leprosi mundantur
surdi audiunt et mortui resurgunt et
pauperes euangelizantur ÷ dalizatus
Et beatus est qui in me non fuerit scan
illis autem abeuntibus coepit ihs dicere
ad turbas de iohanne baptista ÷ dicens
Quid existis in desertum uidere harun
dinem uento moueri sed quid existis uidere
hominem mollibus uestibus uestitum
Ecce qui mollibus uestiuntur in do
mibus regum sunt sed quid existis uide

re etiam dico et plus quam profetam
hic est enim de quo scriptum est · tuam
Ecce mitto angelum meum ante faciē
qui praeparabit uiam suam ante te
amen dico uobis non surrexit inter na
tos mulierum maior iohanne babtista·
qui autem minor est in regno caelorum
maior est illo · A diebus autem iohannis
babtistae usque nunc regnum caelorū
uim patitur et uiolenti rapiunt illud·
omnes enim profetae et lex usque ad io
hannem babtistam profetauerunt et si
uultis recipere ipse est helias qui uentu
rus est qui habet aures audiendi au
diat · Cui autem similem aestimabo ge
nerationem istam similis est pueris
sedentibus in foro qui clamantes coae
qualibus dicunt cecinimus uobis et non
saltastis lamentauimus uobis et non
planxistis · Uenit enim iohannis ne

que manducans neque bibens et di
cunt demonium habet uenit filius
hominis manducans et bibens et di
cunt ecce homo uorax et potator uini
publicanorum et peccatorum amicus
et iustificata est sapientia a filis suis:
Tunc coepit exprobrare ciuitatibus
in quibus factae sunt plurimae uirtutes
eius quia non egissent paenitentiam:
Uae tibi bezaida quia si in tyro et sido
ne factae essent uirtutes quae factae
sunt in uobis olim in cilicio et cinere pae
nitentiam egissent uerum tamen dico
uobis tyro et sidoni remisius erit quam
uobis in die iudicii: Et tu capharnaum nū
quid usque ad caelum exaltaueris usq:
ad infernum discendis quia si in sodo
mis factae fuissent uirtutes quae
factae sunt in te forte mansissent usque
in hunc diem uerum tamen dico uobis

quia terrae sodomorum remisius
erit in die iudicii quam uobis: IN illo
tempore respondens ihs dixit confi
teor tibi pater dne caeli et terrae quia
abscondisti haec a sapientibus et pru
dentibus et reuelasti ea paruulis ita
pater quoniam sic fuit placitum ante
te: Omnia mihi tradita sunt a patre
meo et nemo nouit filium nisi pater
neque patrem quisquam nouit nisi
filius et cui uoluerit filius reuelare:
Uenite ad me omnes qui laboratis et
honorati estis et ego reficiam uos tol
lite iugum meum super uos et discite
a me quia mitis sum et humilis corde
et inuenietis requiem animabus ues
tris iugum enim meum suaue est et ho
nus meum leue: IN illo tempore abiit
ihs per sata sabbato discipuli autem
eius essurientes coeperunt uellere spi

cas & manducare· pharisei autem ui
dentes illos dixerunt ei· ecce discipuli tui
faciunt quod non licet eis facere sabba
tis· Et ille dixit eis non legistis quid
fecerit dauid quando esurit & qui cum
eo erant quomodo intrauit in domum
di & panes praepositionis comedit quos
non licebat ei edere neque his qui cum eo
erant nisi solis sacerdotibus aut non
legistis in lege quia sabbatis sacerdo
tes in templo sabbatum uiolant & sine
crimine sunt·· Dico autem uobis quia
templo maior est hic· si autem sciretis
quid est missericordiam uolo & non sa
crificium· Numquam condemnatis setis
innocentes dns est enim filius hominis
etiam sabbati·· Et cum inde transisset
uenit in synagogam eorum· ecce homo erat
manum habens aridam & interrogabant
eum dicentes si licet sabbatis curare ut

accussarent eum. Ille autem dixit illis
quis erit ex uobis homo qui habeat
ouem unam et si ciciderit haec sabba
tis in foueam nonne tenebit et leua
bit eum quanto magis melior est ho
mo oue. Tunc ait homini extende ma
num tuam et extendit manum suam et
restituta est sana sicut altera.
Exeuntes autem pharissei consilium
ebant aduersus eum quomodo eum p
derent. Ihs autem sciens secessit inde
et secuta sunt eum multi et curauit eos
omnes praecipiens eis ne manifestum
eum facerent ut adinpleretur quod dic
tum est per essaiam profetam dicentē
Ecce puer meus quem elegi delectus meus
in quo bene conplacuit animae meae po
nam spm meum super eum et iudicium
gentibus adnuntiabit non contendet ne
que clamabit neque audiet aliquis in pla

teis uocem eius· Arundinem quassat
tam non confringet Et linum fumigans
non extinguet donec eiciat ad uictoriam iu
dicium Et in nomine eius sperabunt gen
tes :· Tunc oblatus est ei homo demoni
um habens caecus et mutus et curauit
eum ita ut loqueretur et uideret et stu
pebant omnes turbae et dicebant num
quid hic est filius dauid ·: Pharisei h
audientes dixerunt hic non eicit demon
nisi in belzebub principe demoniorum
Ihs autem sciens cogitationes eorum dixit
eis omne regnum diuisum contra se de
solatur et omnis ciuitas uel domus
contra se diuisa non stabit si enim sa
tanas satanan eicit aduersus se diuisus
est quomodo ergo stabit regnum eius
Et si ergo in belzebub eicio demones filii
uestri si autem in spu di ego eicio demo
nes igitur peruenit in uos regnum di.

Aut quomodo potest quisquam in
trare in domum fortis et uassa eius
deripere nisi prius alligauerit fortem
et tunc domum illius diripiet ∴ Qui
enim non est mecum contra me est
et qui non congregat dispargit ideo di
co uobis omne peccatum et blasfemia
remittentur hominibus sps autem blas
femia non remittetur et quicumque
dixit uerbum contra filium hominis
remittetur ei qui autem dixerit contra
spm scm non remittetur ei neque in
hoc saeculo neque in futuro ∴/. num aut
Aut facite arboram fructum eius bo
facite arborem malam et fructum eius
malum si quidem ex fructu arbor agnos
citur ∴ Progenies uiperarum quomodo
potestas bona loqui cum sitas mali ∴/. tur
Ex abundantia enim cordis os loqui
bonus enim homo de bono thesauro

profert bona. Et malus homo de malo
thesauro profert mala. Dico autem
uobis quoniam omne uerbum otiosū
quod locuti fuerint homines reddent
rationem pro eo in die iudicii ex uerbis
enim tuis iustificaueris et ex uerbis tuis
condemnaueris. Tunc responderunt
ei quidam de scribis et pharisseis di
centes magister uolumus a te signum
quaerere. Qui respondens ait illis ge
neratio mala et adultera signum que
rit et signum non dabitur ei nisi signum
ionae profetae sicut enim fuit ionas in
uentre caeti tribus diebus et tribus
noctibus sic erit filius hominis in uen
tre terrae tribus diebus et tribus noc
tibus uiri niniuitae surgent in iudicio
cum generatione ista et condempnabunt
eam quia poenitentiam egerunt in prae
dicatione ionae. Et ecce plus quam

54

iona hic regina iusti surget in iudicio cum
generatione ista et condemnabit eam
quia uenit a finibus terrae audire sapien
tiam salamonis et ecce plus quam sala
mon hic. Cum autem ihs inmundus exi
erit ab homine ambulans per loca arida
quaerens requiem et non inuenit. tunc
dicit reuertar in domum meam unde ex
iui et ueniens inuenit eam uocantem sco
pis mundatam et ornatam. tunc ua
dit et adsumit secum septem alios sps
nequiores se et intrantes habitant ibi
et fiunt nouissima hominis illius pei
ora prioribus sic erit generationi huic
pessimae. Adhuc eo loquente ad tur
bas ecce mater eius et fratres eius foris
stabant quaeren loqui cum eo. / et fra
Dixit autem ei quidam ecce mater tua
tres tui foris stant quaerentes loqui
tecum. at ipse respondens dicenti sibi

cat quae est mater mea et qui sunt fra
tres mei extendens manum in discipu
los suos dixit ecce mater mea et fra
tres mei qui cum que enim fecerit uo
luntatem patris mei qui in caelis est ip
se meus frater et soror et mater est
XIII In illo die exiens ihs de domu sedebat
secus mare et congregatae sunt ad eum
turbae multae ita ut in nauicula ascen
dens sederet et omnes stabant in litore
et locutus est multa dicens ∴ ecce exiit
qui seminat seminare et dum seminat
quaedam ceciderunt secus uiam et uene
runt uolucres et comederunt ea ∴/ non
Alia autem ceciderunt in petrosa ubi
habebant terram multam et continuo ex
orta sunt quia non habebant altitudi
nem terrae sole autem orto aestuauerunt
et quia non habebant radicem aruerunt
alia ceciderunt in spinas et creuerunt

spinae et soffocauerunt ea: / et dabant
Alia autem ceciderunt in terram bonam
fructum aliud centissimum aliud sexa
gissimum aliud trigissimum qui habet au
res audiendi audiat: Et accidentes disci
puli dixerunt ei quare in parabulis loque
ris eis qui respondens ait illis quia uo
bis datum est nosse misteria regni cae
lorum· illis autem non est datum· qui enim
habet dabitur ei et habundabit qui au
tem non habet et quod habet auferetur
ab eo ideo in parabulis loquor eis quia
uidentes non uident et audientes non
audiunt neque intellegunt ut adimple
retur eis profetia essaiae dicentis au
ditu audietis et non intellegetis et uiden
tes uidebitis et non uidebitis· incrassa
tum est enim cor populi huius et auri
bus suis grauiter audierunt et oculos
suos concluserunt ne quando oculis ui

deant et auribus audiant et corde in
tellegant et conuertantur et sanem eos
Uestri autem beati oculi qui uident et
aures uestrae quae audiunt ./ ti pro
Amen dico uobis quippe quia mul
phetae et iusti cupierunt uidere quae
uos uidetis et non uiderunt et audire
quae uos auditis et non audierunt.
Uos autem audite parabulam semi
nantis omnis qui audit uerbum regni
et non intellegit uenit malignus et rapit
quod seminatum est in corde eius hic est
qui secus uiam seminatus est. qui autem
super petrosa seminatus est hic est
qui uerbum audit et continuo cum gau
dio accipit illud non habet autem in
se radicem sed est temporalis fac
ta autem tribulatione et persecutione
propter uerbum continuo scandali
zatur qui autem seminatus est in spi

his hic est qui uerbum audit et solli
citudo saeculi istius et fallacia diui
tiarum suffocant uerbum et sine
fructu efficitur· qui uero in terram bo
nam seminatus est hic est qui uerbum
audit et intellegit et fructum adfert et
facit aliud quidem centissimum ÷ /tri
aliud autem sexagissimum porro aliud
ginsimum ÷ Aliam parabulam propos
suit eis dicens simile factum est regnum
caelorum homini qui seminauit bonum
semen in agro suo cum autem dormirent
homines uenit inimicus eius et super se
minauit zezania in medio tritici et abiit ÷
cum autem creuisset herba et fructum
fecisset apparuit zezania· accedentes
autem serui ad patrem familias dixerunt
ei domine nonne bonum semen seminas
ti in agro tuo· unde ergo habet zezani
am et ait illis inimicus homo hoc fe

eat · serui autem dixerunt ei uis imus
et colligimus ea et ait non ne forte col
legentes zezania eradicetis simul cum
eis triticum · sed sinite utraque cresci
re simul usque ad messem et in tempore
messis dicam messoribus meis colligite
primum zezania et colligite ea fascicu
los ad conburendum triticum congrega
in horreum meum :· Aliam parabolam
praeposuit eis dicens simile est regnum
caelorum grano sinapis quod accipiens
homo seminauit in agro suo quod mi
nimum quidem est omnibus seminib:
cum autem creuerit maius est omnib:
oleribus et fit arbor ita ut uolucres cae
li ueniant et inhabitent in ramis eius /cens
Aliam parabolam loquutus est eis di
simile est regnum caelorum fermento
quod acceptum mulier abscondit in
farinae satis tribus donec fermen

tum est totum :- Haec omnia loquutus
est ihs in parabulis ad turbas et sine
parabulis non loquebatur eis ut in
pleretur quod dictum erat per profe
tam dicentem aperiam in parabulis os
meum eructabo absconsa a constituti
one mundi : Tunc dimisis turbis uenit
in domum et accesserunt ad eum discipu
li eius dicentes dissere nobis parabulam
zizaniorum agri qui respondens ait :-
qui seminat bonum semen est filius ho
minis ager autem est mundus · bonum
uero semen hii sunt filii regni · zizania
autem filii sunt nequam :- zabulus
Inimicus autem qui seminauit ea est
messes uero consummatio saeculi est
messores autem angeli sunt · sicut ergo
colliguntur zizania et igni comburun
tur sic erit et in consummatione sae
culi · mittet filius hominis angelos suos

et colligent de regno eius omnia scan
dala et eos qui faciunt iniquitatem
et mittent eos in caminum ignis ibi erit
fletus et stridor dentium· Tunc iusti
fulgebunt sicut sol in regno patris eorū
qui habet aures audiendi audiat· Simi
le est regnum caelorum thesauro ab
scondito in agro quem qui inuenit homo
abscondit et prae gaudio illius uadit
et uendit uniuersa quae habet et emit
agrum illum· Iterum simile est regnum
caelorum homini negotiatori quaerenti
bonas margaritas· inuenta autem una
praetiosa margareta abiit et uendidit
omnia quae habuit et emit eam· Iterum
simile est regnum caelorum saginae
missae in mare et ex omni genere congregan
ti quam cum impleta esset educentes et
secus litus sedentes elegerunt bo nos in
uassa· malos autem foras miserunt

sic erit in consummatione saeculi exibu
nt angeli et seperabunt malos de medio
iustorum et mittent eos in caminum
ignis ibi erit fletus et stridor dentium· in
tellexistis haec omnia dicunt ei etiam ait
illis· ideo omnis scriba doctus in regno cae
lorum similis est omini patri familias
qui profert de tesauro suo nova et vete
ra· et factum est cum consummasset is
tas transit inde ⁘ Et veniens in patriam
suam docebat eos in sinagogis eorum ita
ut mirarentur et dicerent unde huic sa
pientia haec et virtutes nonne hic est
fabri filius et mater eius dicitur maria
et fratres eius iacobus et ioseph et simon
et iudas et sorores eius nonne omnes a
pud nos sunt unde ergo huic omnia ista
et scandalizabantur in eo ihs autem di
xit eis non est profeta sine honore ni
si in patria sua et in domu sua et non

fecit ibi uirtutes multas propter incre
XIV dulitatem illorum In illo tempore audi
uit herodis tetracha famam ihu et ait
pueris suis hic est iohannis babtiza
ipse surrexit a mortuis et ideo uirtutes
operantur in eo Herodis enim tenuit
iohannem et alligauit eum [illegible] uxorem
fratris sui dicebat enim illi iohannis
non licet tibi habere eam et uolens eum
occidere timuit populum quia sicut
profetam eum habebant lia herodi
Die autem natalis herodis saltauit [illegible]
adis in medio et placuit herodi unde
cum iuramento pollicitus est ei dare
quodcumque postulasset ab eo at illa
praemonita a matre sua da mihi inquit
hic in disco caput iohannis babtistae et
contristatus est rex propter iuramentum
et eos qui pariter recumbebant iussit da
ri missitque et decollauit iohannem in

carcere & allatum est caput eius in dis
co & datum est puellae & detulit matri
suae & accedentes discipuli eius tule
runt corpus & sepelierunt illud & ue
nientes nuntiauerunt ihu / nauicula in
Quod cum audisset ihs secessit inde in
locum desertum seorsum & cum audis
sent turbae secutae sunt eum pedestres
de ciuitatibus & exiens uidit turbam mul
tam & misertus est eius & curauit lan
guidos eorum. Uespere autem facto
accesserunt ad eum discipuli dicentes
desertus locus est & hora iam prae
terit dimitte turbas ut euntes in cas
tella emant sibi escas. ihs autem dixit
illis non habent necesse ire date illis
manducare. responderunt ei non ha
bemus hic nisi quinque panes & duos
pisces qui ait illis adferte illos mihi
huc & cum iussisset turbam discumbere

+ plangundi [illegible]

supra foenum acceptis quinque pa
nibus & duobus piscibus aspiciens in
caelum benedixit & fregit dedit discipu
lis suis panes discipuli autem turbis
& manducauerunt omnes & saturati
sunt & tulerunt reliquias duodecim
cofinos fragmentorum plenos man
ducantium autem fuit numerus quin
que milia uirorum exceptis mulieri
bus & paruulis · & statim iussit discipu
los ascendere in nauiculam & praece
dere eum trans fretum donec dimitte
ret turbas · & dimissa turba ascendit
in montem solus orare :/ nauicula
Uespere autem facto solus erat ibi
autem in medio mari iactabatur fluc
tibus erat enim contrarius uentus qu
arta uigilia noctis uenit ad eos ambu
lans super mare & uidentes eum su
per mare ambulantem turbati sunt

dicentes quia fantasma est Et prae
timore clamauerunt statim que ihs
locutus est eis dicens habete fiduciam
ego sum nolite timere :/ si tu es iube
Respondens autem petrus dixit dne
me uenire ad te super aquas at ipse
ait ueni Et discendens petrus de na
uicula ambulabat super aquam ut
ueniret ad ihm uidens uero uentum
ualidum timuit Et cum coepisset mer
gi clamauit dicens dne saluum me
fac Et continuo ihs extendens manum
adpraechendit eum Et ait illi modicae
fidei quare dubitasti :/ sauit uentus
Et cum ascendissent in nauiculam ces
qui autem in nauicula erant ueneru
nt Et adorauerunt eum dicentes uere
filius di es :· Et cum trans fretasse
nt uenerunt in terram genezar Et
cum cognouissent eum uiri loci illius

miserunt in uniuersam regionem il-
lam et obtulerunt ei omnes male ha-
bentes et rogabant eum ut uel fim-
briam uestimenti eius tangerent et
qui cum que tetigerunt salui facti sunt
XV Tunc accesserunt ad eum ab hieru-
solimis scribae et farissei dicentes
quare discipuli tui transgrediuntur
traditionem seniorum non enim la-
uant manus suas cum panem mandu-
cant ipse autem respondens ait illis
quare et uos transgredimini man-
datum dī propter traditionem ues-
tram nam dš dixit honora patrem
et matrem qui maledixerit patri uel
matri morte moriatur. Uos autem
dicitis qui cum que dixerit patri uel
matri munus quod cum que est ex
me tibi proderit et non honorifica-
uit patrem suum aut matrem suā

& irritum fecistis mandatum prop
ter traditionem uestram hipochritae
bene prophetauit de uobis issaias dicens
populus hic labiis me honorat cor autem
eorum longe est a me sine causa
autem colunt me docentes doctrinas
& mandata hominum · & conuocatis
ad se turbis dixit eis audite & intelle
gite non quod intrat in os quo inquinat
hominum sed quod procedit ex ore hoc
quo inquinat hominem · Tunc acceden
tes discipuli eius dixerunt eis quia fa
rissei audito uerbo scandalizati sunt
at ille respondens ait omnis plantat
io quam non plantauit pater meus
caelestis eradicabitur · sinite illos cae
ci sunt duces caecorum caecus autem
si caeco ducatum prestet ambo in foue
am cadent · Respondens autem petr
us dixit ei dissere nobis parabolam

istam at ille dixit adhuc Et uos sine
intellectu estis non intellegitis quia
omne quod in os intrat in uentrem ua
dit Et in secessum emittitur quae au
tem procedunt de ore de corde exeunt
Et ea quo inquinant hominem de corde
enim exeunt Cogitationes malae homi
cidia adulteria fornicationes furta
falsa testimonia blasfemiae haec
sunt quae co inquinant hominem non
lotis autem hominem manducare
non co inquinat hominem· Et egres
sus inde ihs secessit in partes tiri Et
sidonis Et ecce mulier cannania a fini
bus illis egresa clamauit dicens ei mis
serere mei dne fili dauid filia mea ma
le a demonio uexatur qui non respon
dit ei uerbum rogabant eum dicen
tes dimitte eam quia clamat post
nos· ipse autem respondens ait non

sum misus nisi ad oues quae perie
runt domus israhel · Et illa uenit
Et adorabat eum dicens dñe adiuua
me qui respondens ait non est bonũ
sumere panem filiorum Et mittere ca
nibus at illa dixit etiam dñe nam Et ca
